



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quo ordine & modo Christum Petrus negavit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 65.

QVÆSTIO I.

Adami Conzen in Evang. Tom. I.

VERSUS 69. & sequentes.

QVÆSTIO I.

vocem bis dederit, ter me es negaturus.

Zz 2

tuor partes, quarum tertiam vocat gallicinium. Nam et si media nocte canere solent, non tamen id semper fit, nec illud tempus est, quo ad opera homines vocat & labores. Itaque cum absolute gallicinium de matutino intelligendum est. Syri vocant גללין תר גללין cantum seu potus, vocationem galli. mediam nocte, appellant diuisionem noctis. Inde vero etiam dicitur ἀλέγειν τὸν ὕπνον δὲ λέγειν τὸν ὕπνον, quod ē lecto excitet. Hoc etiam Gallicinium Plinius l. 10. c. 21. agnoscit. Proximē gloriam sentiunt, & hi nostri vigilēs nocturni, quos excitandū in opera mortalibus, rumpendo somno natura gerunt. Norunt sidera, & ternas distinguit horas interdiu cantu. cum sole eunt cubitum, quartaque castrensi vigiliā ad curas laborumq. reuocant. nec solis ortum incauti patiuntur obrepere. Vespere aliquando canunt, sed id insolitum. Plinius. Habent ostenta & preproperi, (alij praposteri) eorum vespertiniq. cantus. Itaque Euangelistae satis habuerunt, uti communissimo loquendi modo, quo secundus cantus intelligitur. Quin etiam proverbum apud Græcos est de laboriosis, & antelucanas operas obeuntibus.

Diemque
venientem
nunciant
cantu.

Πρὶν δὲ δὲ πρὸν ἀνελθεῖν τὸν ὕπνον.

Prisquam secundo Gallus canet.

Veteres diem a noctis medio naturaliter, uti & nos inchoabant tempus insequens, nempe quod est hora nostra tertia Gallicinium appellabant, quod inde ad auroram, conticinium. Aurora illucescente, diluculum, plena orta iam luce, mane. Huius meminit cantus Aristothanes in concionatricibus.

ὅτι δ' ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ὅτι δὲ πρὸν ἀνελθεῖν τὸν ὕπνον.

A lexteuon ē φθέρητος.

Vnde? Non si per Iouem eo venisses tempore, quo Gallus secundo cecinit. Et iuuen. Quod tamen ad Galli cantum facit ille secundum, Proximus ante diem caupo sciet. Ex his igitur constat, quæ sit Euangelistarum trium sententia. Petrum nepe ter negasse ante Gallicinium ordinarium, quodq. ita vocari solitum erat, Marcum expresse id tempus denotasse. De tempore igitur constat, de domo etiam constat, nam in aedibus Caiphæ non Annæ ter negauit. Si enim in Annæ aedibus deprehensum sese sensisset, non esset domum Caiphæ ingressus.

§. 2. Ordo negationis ille fuit. Martheus ait. Primo ancillam dixisse, & tu cum Iesu Galileo eras. Cui respondit. Nescio quid dicas. Marcus 14. 66. ait, fuisse vñt ex ancilla summi sacerdotis, cum esset in aula deorsum, & Petro se calefacienti dixisse. Et tu cum Iesu Nazareno eras, cui respondit. Neg. scio, neg. noui quid dicas. Et exiit foras ante atrium, & Gallus cantauit. Apud Lucam: & hic cum illo erat, cui Petrus: Mulier non noui illum. Ioannes 18. 17. Vocat ancillam ostiariam, quæ primo interrogauit. Nūquid & tu ex discipulis es hominis istius? dicit ille: non sum. Omnia illa dicta, & acta sunt. Prius rogauit, illo negante, affirmavit illa.

Altera negatio contigit, Petro exeunte ianuam, eis τὸν πύλωνα, in atrium, nempe subdualo, paulatim enim subducere se cogitabat. Cum ergo in atrio esset, iterum negauit cum iuramento. Quia non noui hominem. Lucas factum in atrio iudicat, sed cum exiit, ancilla accusare cepit, ille negauit, & durauit etiam contentio in ipso atrio. Lucas v. 58. non dissentit, cum ait alius eum videns. Nam ancilla cepit dicere circumstantibus; itaq. exeuntem circumstabant, & quidam ex illis grauius illum vñt, molestior quam ancilla. Nec alia sententia Ioannis est: qui secundam negationem ad igne factam insinuat; nam Petrus vt fugæ suspicionem amoliretur, ad interius atrium rediit. Multi autem, vt fieri solet, illi dicunt quod ab ancilla audierant.

Tertia negatio.

Tertia negatio alteram secuta est, post pulillum, Lucas v. 59. ait interuallum quasi horæ vnius. Ea hora liber ab infestatione Petrus: Dominus enim examinabatur, testes audiebantur, & omnium animi eam in re erant intenti, & ipse adeo Petrus. Tandem qui stabant accedunt, & non dicunt modò, sed perorant, eum esse

discipulum. Nam Galileus es, inquit, hoc loquela demonstrat, licet enim Syrice loqueretur, linguarum sua dialecto utebatur. Quid autem tibi homini Galileo hic negotii est, cur nobis te noctu aduinxisti? Vires ante: quo loco ad nos venisti? Accessit Ioan. 18. 26. cognatus Malchi, & affirmat se in horro cum disse. Hic iam trepidat, ne forte accusetur gladium ministris magistratus strinxisse. Tunc cepit se deuouere, & iurare, quia non nouisset hominem. Vbi notandum est: cum ait non scire quid dicant. Non hoc eum indicare, se linguam eorum non intelligere. Sed de negotio nihil scire, quis ille homo sit, cui caput sit. Nec quid sibi velit, quod se eius discipulum nomenent, non agnoscere mysteria discipularis illius. Perinde enim se gerit, ac nesciret esse aliquem Iesum, qui discipulos haberet. Dum autem ista postrema loqueretur, & dicitur Gallus cantauit Marc. 18. 72. Et Martheus & Iudas, continuo. Lucas 22. 68. ὁ γὰρ ὁ ἀνθρώπος οὗτος λέγει, in ipso facto, continuo adhuc ipso loquente Gallus cantauit. Tum respexit eum Iesus, qui in atrio eodem, sed aliquot gradibus altiore detinebatur. & recordatus est prædicationis Petrus. Et egressus foras fleuit amare, & amplius moleste essent ministri, eorum furgetem de domo nus cohibebat.

VERSUS 75.

Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat: Priusquam Gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare.

QUESTIO I.

An Petrus iustitia exciderit?

§. 1. Excusari eum aliquo modo posse nonnulli existimant. Hilarius can. 3. 2. in Matth. Amb. l. 10. in c. 22. Lucæ defensiones adferunt. Nam omnia illa vera esse posse, quæ protulit. Non noui eum: Perfidem scilicet, quia nemo nouit filium nisi pater. Non noui hominem quem dicitur. Scilicet puri hominem, peccatorem, malefactorum. Sed Hilarius eum non excusat, nec Ambrosius, sed dicit, & quæ a quibusdam dicerentur, admonent. Amb. sed nos excusamus, Domini ipse non excusauit. Non enim facta est inuoluta responsio, confitens Iesum, sed aperta confessio. Quid prodest verba inuoluta, si videri vñt denegasse? & ideo Petrus non de inuidia sua responsio se inducit, quia postea recordatus est, & amare fleuit.

Maluit enim ipse suum accusare peccatum, ut in iustitia fatendo, quæ granaretur negatio. Iustus enim in principio peccator sui est, & ideo fleuit. Quare fleuit? Quia culpa obrepit.

Graviter igitur peccauit, negato coram hominibus Christo, & quidem insigni peritio, & deuotione de peccatis. Recte August. vocat tetrum crimen, et c. 13. in Io. & Chrys. hom. 83. in Matthæum: hoc etiam lacrymæ amaræ testantur, quas non modo ad crimen eluendo, sed etiam ad fidæ exculpationes abolendas effudit.

§. 2. Hæretici peccasse grauius testantur, & multis modis illius crimen exaggerant.

In primis Bullingerus l. 10. & hac quidem in re minus sunt reprehendendi, reuera enim graue fuit Petri peccatum, licet non ex malitia, sed infirmitate & timore admissum.

Quod vero eundem Petrum retinuisse in medio peccandi seruore caritatem, iustitiam, Spiritum Sanctum miniscuntur, plane est intolerabile. Et quidem Zwinglius Petri peccatum negat esse ad mortem, quod metu & infirmitate peccati, impiorum peccata ex destituta malitia peccantium esse ad mortem, ac proinde iremiffibilia. Peccatum non ad mortem est illud peccatum ex Dei misericordia veniale asserunt, modo sit peccatum.